

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glaucensis

16
Amplissimo & Consultissimo
VIRO

DN. MICHAELI
CRETSCHMERO,

Reipub. Francofurt. ad Viadr.

CONSULI dignissimo:

&

Foeminæ præstantissimæ,

*etate, formâ virtutibusq; matronalibus
florentissima*

ANNÆ PRÜFERIÆ,

*Prudentissimi & Honestissimi
Viri*

DN. HENRICI KOLSHORNS

quondam Senatoris ibidem
relictæ Viduæ:

Sponsis lectissimis,

Animabus dulcissimis,

NUPTIAS

A. d. XIX. MAJI

ANNO CHRISTI 1645.

parantibus

Bene precantur

Fautores, Amici, Affines.

Typis NICOLAI KOCHII,

Nationem audimus si, *Prædentissime Consul,*
Mense malum Majo nubere vulgus ait:
Nec vidua tadis eadem, nec virginis apta
Tempora: quæ nupsit, non diuturna fuit.

Faktor.V.

Verùm hoc iudicium vulgi est, sine Numine finxit
Quod Romanorum prisca superstitio.

Nigrorum cessant Lemurum feralia sacra:

Qua de causa olim hoc nubere mense malum.

Non malus est Majus, melior nec Junius: omni est

In Domino felix tempore connubium.

Quod pietas, virtus, tua quod doctrina meretur,

Conjugium vobis, *Sponse*, sit opto bonum.

Sit bona nupta bono Tua, sit materq; bonorum,

Hæc bona sit curis & medicina Tuis.

Viventes in amore diu, atq; favore bonorum,

Accumulet variis Vos *Bonus Ille* bonis.

Sicq; *bonum invenias inventa conjuge, Sponse,*

Proverb, 18. 22.

Sit *Sponse* Majo nubere mense bonum.

L. M. d. gratulab.

Fridericus Reichelius,

D. & PP.

Hic cita, sera placent illi connubia, contra
Nulla Pius faciunt Tempora connubium.

Nec cita sunt, nec sera nimis connubia, cœli

Gratia nos inter quæ jubet esse rata.

Tale tuum *CRETSMERE*, animum cui candida Virtus,

Sacra Themis cerebrum, pectora Consus habet.

Auguror. Iple tuæ ut mentis *Sponsæq;* recordor.

Utq; fiet, faxit, comprecor, Alma *TRIAS.*

Tobias Magirus, Philo-

soph. Ord. Senior &

Decanus

Com

Communis rerum genitrix, Natura, benigna
 dum celebrat letos splendide in orbe dies;
 Latis auspiciis, thalami solennia festa
 nunc peragis, magnum (consul) in urbe decus!
 Ipsius hoc mundi TIBI plaudere credo theatrum,
 ac polus & Tellus TE recreare studet.
 Annum cum cernas cinctum florente coronâ,
 Natura nexu serata parata capis.
 Connubiale TIBI Carmen sub frondibus amplis
 & volucres tenui gutture ubiq; canunt.
 Ver, mundi pictor, conspersum flore tapetum
 subjicit, atq; rosis limina tecta struit.
 Tedas accendit Phœbus, quia cardine celso
 stat librata dies; nox fugit, umbra perit.
 Concelebrate bilares festum; sit sydere fausto
 factum; Jova beet, mox repleatq; torum.

Sic tenui venâ
 nuptialem apparatus gra-
 tulabatur

M. Gottlieb Pelargus,
 Profess. Publ.

Non sunt, quæ vestris animis agitatis, homulli,
 Cordis sensa mei: nec via vestra mea est:
 Verum ut terreno à globulo cæli ardua fugit
 Machina, præcelsis distita sideribus:
 Sic vestrasq; vias transcendunt, sensaq; vestra,
 Non penetranda animi sensa viaq; mei.
 Sic ait Omnipotens. Tuq; ista verenda JEHOVÆ,
 CRETSCHMERE, agnoscis pectore, dicta, pio.
 Ecce, Tuo exemplo confirmat dicta JEHOVA!
 Tecum alacri quis non talia mente putet?
 Tendere erat certum Tibi ad altera mœnia gressum,
 Chara ubi erat Virtus cum Probitate Tua.

Jes. 55.
 v. 8.
 & 9.

Diver-

Diversum at cali statuebat regia, ne Te
Mitteret exortem hac Curia honore suo.
Quin ut constaret revocato causa manendi
Gratior, intendit vincula plura Tibi:
Quae nunc ad sacram ducunt Te protinus aram,
Firmantem sancti foedera Conjugii.
Heccine, amabo, fuit Tua, prudentissime Consul,
Exodus? ô cali Te favor usq; beet!
Latantem omnigenâ Te prosperitate coronet!
Floreat ut Tecum Curia, Templâ, domus.
Plura vetat luctus, mentem qui obnubilat & fors
Votis plura meis promere nemo velit.

Ita

Spestando inter Musas Charitasq;
Domino Consuli

Adfinitatissimo,

Honoris ac benevolentia stimulis
incitatus

Postridiè humati Filioli sui tenuatâ venâ pro-
sperrima quæq; vivebat

M. Georgius Mellemannus,
Græcæ Ling. P. P.

Purima dixisti gravibus felicia verbis
Conjugio pridem, Consul honore, meo:
Uxori cognate meæ, mihi tempore longo
Juncte exquisitæ vinculo amicitiae,
Euryalo Nisus, Pylades dicebar Orestæ
Qui tibi, qui cordis portio magna tui:
Quicum sæpè dies voluisti condere longos,
Et properis crebrò noctibus esse moræ,
Tempora transmittens docto fugitiva profatu
De studiis, animum quæ meliora decent.

Nec

Nec mores mutas præclarum nactus honorem,
Quo patriâ verè dignus in urbe nites.
Nec nunc fastidis humanas degener artes,
A puero quarum perstudiosus eras:
Nec Themis excludit Musas oditve politas,
Barbaries contrà quicquid inepta rudat.
Quid precer ergò tibi Sponso Sponsæq; vicissim,
Convenit in placidam quæ tibi lecta manum?
Verba mihi desunt, quanquam neq; verba requiris,
Pectoris arcanum cûi patet omne mei.
Nec dubitem, statuente DEO neſtenteq; corda,
Vos inculpati jura subire tori,
Utq; autore DEO pepigistis foedus amoris:
Sic quoq; divinam percipietis opem.
Quæ vos perpetuo nexu comitabitur aptos,
Et cinget vestros antè retroq; lares:
Ne qua nocere queat truculentia dæmonis atrî,
Ne violare tori lis malè sana decus:
Verùm cuncta fluant optatis prospera vestris,
Aspera soletur, si qua futura, DEUS.
Curarum immensos PRÛFERIA mitiget æstus,
Officium svêrunt quæ comitare tuum,
Et te sincero veneretur amore fideq;
Matrona ad nutus obsequiosa tibi.
Et volet, & merito debebit velle ea jure,
Quæ radiis lucem splendet adepta tuis.
SPONSE, toro haud res est concordî dulcior ulla,
Qui specimen vitæ grande perennis habet.

Hæc tibi v̄dotorum summa, hæc protela dierum,
Quos vitæ innumeros det Moderator, erunt.
Vera D E O pietas te commendavit inantè,
Præterea Sponsam sedula cura domûs.
Nec mutaveritis, nec vos migrabitis ipsi,
Constantes fidei præmia certa manent.
Hæc ita : plura precer, J H O V A det gratia, cùm te
Filiolo faciet nupta decente patrem.

Ampliff. DN. SPONSO,
Affini, Amico & pernecessario suo, sum-
ma conjunctionis impulsu & obser-
vantia testanda ergo scrib.

M. Joannes Mollerus,
Scholæ Senat. Rector.

Matth. 19. v. 4.

Erunt duo in carne una. Itaq; jam non sunt
duo sed una caro.

Creatus à D E O est Homo
Mens una, bina corpora ;
Qui nominantur de jugo
Uno, deinceps conjuges.
Vir primus argilla humida,
Costa ex virili fœmina
Struuntur, & juncti duo
Vere unus evadunt Homo.
Maneant & unus, si D E O,
Juvante, concordés agunt,
Et continente se invicem
Colunt amore & gratia.

Tu

Tu docte Consul macte sis,
Tuq; ANNA felix, nutrias
Vestros amores vividos
Cælestis aura spiritus.
Præbete cultores DEO,
Docentibus nutritios,
Et cum favore vivite,
Feliciter! Feliciter.

ita amoris, honoris & affinit.

gratia gratul:

M: Gallus Mevius, Pa-
stor Ripsiensis.

Perdidit quando mulier maritum
Hac humo, cur non viduæ relictae
Tunc licet, ducente DEO, placenti
Nubere Sponso?
Cum viro fido, aut juveni virenti,
Quàm diebus perpetuis amore
Saucium pectus nimio tenere,
Nubere malit,
Ista PRUFERI soboles ADAMI,
Quæ biennis jam Vidua est, sororq;
Fratriæ, nubit Socio quamobrem
ANNA secundo:
Unde derivat Neonymphus ortum?
Materem PRÆTORIA erat BENIGNA,
Et pater CREZMERUS honestus urbis
Ipse Senator:
Amplius mecum meditor priores,
Nymphi avus PRÆTORIUS ille Consul,
BARBARA ac MOLLERIA, quæ lavacri
Est mea testis:

Mascu-

Masculo sexu sed erat SEBASTUS
GERSTMAN is testis meus, & JOHANNES
MITIO, vivæ Themidos celebris

Doctor uterq; :

Ob bonos mores juvenis Maritus,
Jure consultus, Themidiq; charus,
Optimus KREZMER MICHAEL statutus
Consul in urbe est.

Quilibet Fautor meritò benignis
Nuptiis votum faciat salubre:
Nunc ego vili calamo precabor,

Menteq; miti;

Quo novis nostris Sociis duobus
Omnium castum thalamum secundet
Conditor rerum, liquidaq; tales
Sorte serenet.)

Insuper nostri Socii venusti
Floridam pacem videant in orbe,
Prosperos sani vigeant amani

Temporis annos:

Sic agri lætam segetem profundent,
Uvulas vineta gerent recentes,
Ceu nuces horti, viridiq; poma
Arbore spargent.

Ex animo

Hymenæum hunc admodu-
labatur

M. Andreas Ebertus, ibi
Scholæ oppid. Sub-
rector.

Plura

PLura alii dicant, quibus experientia rerum,
Plura, vel excellens suggerit ingenium.
Cognatisq; meis, Sponsis hodieq; novellis
Sufficiet, si ipsis prospera quæq; precor.
Prospera quæq; precor: succedant omnia Vobis
Ex animo! felix conjugiumq; fiet!

Samuel Meurer.

Ad DN. SPONSUM, Reipubl.

PATRIÆ Consulem

PRO Patria magnum Decus est impendere Vitam
Et Patriæ magnum Decus est impendere Musas
Ac animi Patria dulces impendere Amores
Et Patriæ decus est claros impendere Honores
Et Decus est patriæ Studiis impendere Vota,
Omne tulit, Patria qui contulit ista suavi.
Hic est, qui Patria possit Tutissima dici
ARX, ac multarum securi potentia rerum.
Hoc Te Tergeminis Excellentissime CONSUL!
Laudibus insignem illustrat, facit atq; celebrem,
Et perquam chara Patria demonstrat amantem,
Dum Vitam dulcem, suaves, Studia optima, musas,
Ingenii Dotes & Vota, & Amorem & Honorem
Dilectæ Patriæ modo Eum debere fatetur,
Quæq; dedit Vitam, illam extra non vivere gaudet,
Recte respondent ejus vota optima votis
Namq; ibi amat, Patrio servans infomite flammam,
Et claram studiis facere atq; laboribus optat.
Gratulor hinc Domino SPONSO pro more & honore,
Comprecor ut Felix vivat, Patriamq; suavem,
Ipse ut amat sincerè ab EA sic rursus ametur?

Gratulabundus è museo
mittebat

Ad. Ludewig Stendal, Palæo-
march, Med. St.

B

An

An die viel Ehr- vnd Tugendfame
Braut.

Die lieblich Meyenzeit erfreuet das Gemüthe
Wen sie gekrönet ist/ mit schönster Rosenblüthe;
Denn wen derselben Pracht das Herze vns erquickt/
Des rauhen winters Nacht gänzlich ist erstickt:
Was durch des winters Frost geworden ist zur Leichen/
An kräftten Paar bey Paar seht suchet seines gleichen/
Alles wird wiederumb ganz lebendig erneuet/
Was trawrig war/ das wird zu dieser Zeit erfreuet.
Die Tugendfame Braut hat auch groß herrsens Wunden
Ausz ihres Herren Tode vorwächner zeit empfunden/
Des unglücks Winter hat geprüfft ihr Herz vnd Sinn
Das sie auch worden ist des weh'stands Prüfferin.
Nun aber dancket Gott/ ihr habt das überwunden
Der Winter ist dahin/ es hat sich wiederfunden
Ein frölich Meyenzeit: seht Prüffe ein gutes Bier/
Weil nach einm Cretschmer steht/ ewr Herz vnd al' begier.
Auch wann ein Cretschmer hat ein gute Prüfferinne
So kan man bald ermessen was er mit Ihr beginne;
Er schafft ihr immer ein/ Sie Prüfft das beste auß/
Damit gesegnet wird ihr Thun vnd gankes Hauß.
Dann ist es wol gethan / man wird es rühmen können/
Vnd Euch omb ewres thun viel guter Gönner gönnen/
Wie wol ein kluger nicht es omb Gunst thut vnd gewin/
Denn/ guten Lohn gibt man nicht einem jeden hin/
Vnd wer nur grossen Nutz vor sein verricht wil haben
Der fehlt gewöhnlich weit. Die so fast besten gaben/
Seint ein getrewes Herz/ ein Segen/ was nun Euch
Sonst fehlen wird/ wünsch ich das Gott es auch zu reich.

Geschrieben von einem der
Kunst beflissenen

Prater

Praeter vota nihil. De Sponsâ, Amplissime consul,
Affinisq̃, Tibi gratulor ex animo.
Gratulor atq̃ Tibi de Sponso, Sponsa, pudoris
Fœminei referens vera tabella notas.
Vivite felices, Neonymphi vivite! nunquam
Ullum intereurbet gaudia vestra malum.
Martinus Meurer.

OMnia longinquo lugebant plasmata planctu,
Æolus ut tristi torruit arva gelu.
Obvallabantur concreta frigore nympha
Jamq̃, fatiscebat sicca carina solo.
Conturbabatur viduatum cespite lignum,
Nec qua nos tegetet culminis umbra fuit.
Perrexit gelidas philomela relinquere terras,
Nec cecinit cantum suavis alauda suum.
At postquam instituit nos rursus visere Progne,
Atq̃, parum postquam grate cucule redis:
Jam rediere solo lectissima gaudia nostro,
Dum tellus varias spargit amana comas.
Quid multis? sociat nostris concordia terris
Et terrestre genus, plumigerumq̃, genus.
Sic, si magna licet nobis conjungere parvis,
Ver properat Sponsam, jungere Sponse, tibi.
Propositum laudo: vestras concordia mentes
Jungat, & aternâ pectora vestra fide.
Tempore perlongo non rumpat Stamina stotho:
Detq̃, DEUS viridi pignora grata thoro.

Sic gratulat.

Georg. Möller. Franco-
furt. March.

Sic dulce tandem conjugium subis?
 Tentasq̄, multos qua tenuit diu,
 (Quorsum tuos vertas amores?)
 Solitudine liberare,
 Cretshmere, consultissime Consulum,
 Quem Jena quondam foverat, inclytâ
 Cum Wittebergâ; tu Senatûs
 Præcipuum decus Oppidani?
 Succedat ex votis voveo tuis;
 Succedat & votis precor ex meis:
 Sic optimè cedit, futurum
 Quicquid erit tibi mox marito.
 Divina nostra te patria precor
 Servet voluntas incolumem diu:
 Ut, quo tremens nitatur, ipsa
 Fulcrum habeat, columenq̄, firmû.
 Cretshmere, sic jam conjugium tenes:
 Tandemq̄, multos qua tenuit diu,
 (Quorsum tuos vertas amores?)
 Solitudine liberasti.

Sic l. m̄q; vov.

Jo. S. Elsholtius, Col. March.

Votivus sermo Anagrammaticus

Ad

Dominum Sponsum.

MICHAEL Kretschmer / Tuasit ANNA Priveri.

Per μελαγχολίωσιν.

Veniat Christus! mala hic reprimet: cernas.

EN veniat Christus! quidni prosperrima quaque

Ad-

Adferat his nuptis, nuptorum maximus hospes?
Ex me quarenti, mala ne exitialia prorsus
Hic reprimet? responsa dabo haut in debita: cernas?
Id voveo, Tu Christe, piis, precor, Annue votis;
Ut maneat, perstet, data jam responsio firma,
Hinc Sponsi solvent, Et ego solvam, Tibi vota.

Faulti ominus ergo
pratulabundus fundebam
Georgius Reichenbach/
S. S. Theol. Stud.

FRANCO-VADANI maximi, medii CIVES
Minimiq, Consulare signa calcantes:
Vos PALLADOS QUIRITES, FLOS togatorum!
Licet occuparit aures eminus FAMA
Ebuccinans rabiem CANIS Byzantini
Quam preferis latratibus celsum vellat
Pelagi TRIBUNAL, cui ADRIÆ reum sistit
Æstus tumultuosum fluctuum vulgus,
Bellum morantes impetus profundi ISTRÆ.
Maturiore mox capillo spectandam
Ostro sereno lacteum pretextati
Ver LILII; Tamen ad Musicos cantus
Animum reflecte, quos PARNESIDES edunt,
(Asbestinis perornat HYMENDUM mappis
Mensas premendas dapfali strue ferclorum)
Si somnio non fallimur Caballino;
PHILO-MUSA VITA LONGA MUSO-PHILO existat.
CONSI JUBAR, COLUMNA PATRIÆ longum

B 3

Savo

Savo furentis MARSEPITRIS flagro torta,
Tu dignus es, qui LUCEAS FIRMUS LONGUM!
Tu Nos amas, TE Nos amamus, TE CIVES
Subfulti amant, TE ipsi ORPHANI, TE amat SPONSA,
ILLAM Tu amas; quin UTRUMQ; amet Lecti
Genialis AUCTOR, & TE commodet longum,
PATRIÆ, PUPILLIS, CONJUGI, TIBI, MUSIS,
Torumq; pullulante foecundet Cornu,
Non irritò notatu Culminis lecti.
Hederigeri Choragi calibes Sponsæ
Sic ominantur, sic voventes adplaudunt:
Lapide ut remota exaudiantur vel deno,
Quà Se Beryllus MARCHIÆ Celo invergît
URBS Reguli gestantis Augustam Clavem.

A morabundo Sponsorum Pari
Gratabundus sorgebat

Tobias Magirus, Junior.

BONAM tuetur sic vicissitudinem
Natura supremi Parentis filia,
Calces premant quies laborq; mutuas,
Ne fracta planè destruantur corpora.
Sic post labores improbos, queis undiq;
Est septa graviter curiosa curia,
Nunc excipit te conjugale gaudium,
Kretschmere, Consul fascibus dignissime.
Sis, opto, perpetuò beatus! is Deus,
Qui temperare adversa novit prosperis,
Castas secundet nuptias, & omnibus
Conatibus bonum det exitum tuis!

Christianus Menzelius, F.
M. Medicinæ Studioſ.

Clare Vir, Aonii pralustris gloria cætus,
 Astrææq; sacra Mystra colende mibi!
 Consul es; innumeris premit hinc TE Curia curis
 Conantem, ut crescat publica summa rei.
 Nec tamen ullus adest, tantà qui mole premente
 Alloquiis blandis langvida corda levet.
 Ergo tuum Cypris durum miserata laborem
 Idalium puerum tela vibrare jubet;
 A quibus incaluit pectus, Crezmere, politum,
 Annaq; Priferi sanguine nata, tuum.
 Hac Tibi non solum solatia grata movebit,
 Sponse mihi nexu consociate novo;
 Sed disces etiam privata negotia curans,
 An simili possit Curia sorte frui?
 Euge age festa para nunc nunc Aphrodisia latus,
 Non ferat huc pomum pernicialis Eris.
 Ad citharas Hymen resonet modulamina grato
 Gutture, queis jungam carmina vota ferens:
 Ut structus thalamus vobis prosperrimus hic sit,
 Et vobis nuptis commoda mille creet.

Honori & novæ affinitati dabat

Adamus Ebertus, Francof. March.

Ad DN. Sponsum

ἔποτε παντοκράτωρ θεός, ἔποτε δια θεμισσος
 πίσις παιδεύσων, καὶ θεράποντα δίκης
 Μὴ λείψασκεν ἀδοξον καὶ τῶδε δόκησιν
 ἤγαγε θαυμασθῆν, καὶ μέγ' ἐνεγκ' ὄνομα.
 Φράζομαι ἔ ψεῦδος. Σύγε μὲν γὰρ (ὁ μάρτυς ἀληθῆς)
 εἰληφας λαμπρῆς Φαίδιμα ἀθλ' ἀρετῆς.
 Οὐκᾶν νυνὶ πέλεις ὑπατος; τείν ἔ γὰρ ἀγαυὰν
 τὰν ὑπαλείαν δῶ ἢ χαρίσασα θεμισ;
 Οὐλῶ' σιν. καὶ σκηπτεροφόρον θεῖον σὸν ἀχρηῆ
 Μόχθον τιμήσας σῆσέ σε ὀρθόπολιν.
 Σοὶ περικαλῆ ἀκοίλιν, καὶ εὐπλῆστον ἐφάπλων
 χήραν, τὴν ἀγαθῶν κλῆσιν ἔχουσαν ὄμῃ.

καὶ

καὶ σὺ μετ' αὐτῆς νῦν κατέχῃ, Φρονιμώτατε μνηστῆρ,
παμμακάρα εὐτυχίαν, μακροτάτον τε χρόνον.

* * *
Ad Sponsam Materteram meam
amore prosequendam

Diva Cytheriadum linguam si turba rigâssent
Nectare Castalii mellifluente meam;
Si mea Mercurii ditâssent ora lepore,
Ut Clariis possem dicere digna Viris:
Carmina constâssent gamico, Matertera, ritu,
Sinceri cordis symbola certa moi.
Sed cum difficilis mihi sit Pataraus Apollo,
Arteq; mi penitus metra polita neget;
Hanc ultro Spartam redimitis tempora lauru
Trado, quibusq; Lini Clio labella dedit.
Interea votum reliquis annectere votis
Collibuit. Coeptis annuat alma Trias.
Eumenidum strages minitantum nulla cruentas
Discindat thalami vincla secunda tui.
Incolat Ubertas cellamq; focumq; crumenamq;
Et natis mensam Jova replere velit!
Hac mea, qua fudi devoto pectore vota,
Auribus arrectis suscipe trina Monas.

Adamus Waldovius, Franc. M.

Sonnet.

Es ist ein Thier: von dem kan ich zugleich doch sagen/
Ohn eingen Widerspruch/ wie es uicht sey ein Thier.
Vnd ist (daß dessen Form ich künzlich nur berühr)
An ihm des grosse Thell der Bauch/ ohn Herz vnd Magen:
Auff dessen Nabel hin sind künstlich auffgetragen
Die kleinen Eingeweid. Auch geht auß ihm herfür
Ein lang gesträcker Hals/ dem zu besondrer Zier
Viel schwarcker Zähne sind/ als Nägel/ eingeschlagen.
So wird kein Haupt/ noch Haar an diesem Thier erschn/
Kein Arm/ noch einig Bein/ darauff es könnte stehn
Von Rippen ist es voll am Rücken. Seine Thaten
Bestehen im Geschrey. Sols leisten seine Pflichte
So faß es an den Hals/ vnd schlage. Währe nicht
Diß Thier mir schon bekandt/ kaum wird Ichs Selbst Errathen.

☪ (o) ☪

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quæ sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupta tumbâ revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiâ rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine charè! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





76

& Consultissimo
VIRO

MICHAELI CHMERO,

Francfurt. ad Viadr.
VIRI dignissimo:

et
e praestantissimæ,
virtutibusq; matronalibus
florentissima

PRÜFERIÆ,

*Simi & Honestissimi
Viri*

HENRICI KOLSHORNIS

Senatoris ibidem
relictæ Viduæ:

consislectissimis,
abus dulcissimis,

NUPTIAS

d. XIX. MAJi
CHRISTI 1645.

parentibus
bene precantur
res, Amici, Affines.

NICOLAI KOCHII,

Inches
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue